



Per.  
Lat  
020

LATIN IFJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator (kiadóhivatal — Geschäftsstelle — administration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Bercsényi-u. 5. (tel.: 142-215).

Moderator (szerkesztőség — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268-634).


Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1938-39. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyus (vulgo: chèque) aerarii comparsorum postalis in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse international» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

## Pax imperata Trianonica sine bello mitigatur.

Dies Commemorationis<sup>1</sup> omnium<sup>1</sup> fidelium<sup>1</sup> defunctorum<sup>1</sup> inter dies lugubres annumerari solet. Sed nunc hic dies laetissimus beatissimusque erat Hungaris omnibus, qui pace imperatā Trianonicā ante hos 20 annos Cecoslovaciae dediti<sup>2</sup> nunc tandem «post tot discrimina rerum» — uti Vergilius dicit — sine novo bello veteri patriae redditi sunt. Primus Mussolini Dux Italiae declaravit et saepe repetivit iustitiam Hungariae deberi ab iis, qui tam crudeliter hoc regnum — per tot saecula defen-


rem Europae contra irruptiones barbarorum — mutilavissent. Cum igitur mense Maio huius anni Hitlerius Dux Germaniae fratres Sudetanos adhortari coepisset, ut ius<sup>3</sup> de<sup>3</sup> se<sup>3</sup> decernendi<sup>3</sup> sibi poscerent, etiam Hungari et Poloni Cecoslovaciae idem

<sup>1</sup> halottak napja = Allerseelentag = jour des morts  
<sup>2</sup> kiszolgáltat = ausliefern = livrer <sup>3</sup> önrendelkezési jog = Selbstbestimmungsrecht = le droit de disposer de soi-même



Cecoslovacia ante Calendas Octobres.

us poscere ausi sunt. Ultimis diebus m. Septembris iam etiam Angli et Francogalli palam et publice confessi sunt se nolle bello Cecoslovaciam in oppri-



Nicolaus Horthy gubernator Hungariae sollemniter equo, vehitur in urbem liberatam Komárom.

mendis nationibus minoribus adiuvaré, quare Bohemia, quia ne a Russia quidem — furore Stalinii detruncatisque civitatis primoribus debilitatā<sup>4</sup> — auxilium sperare potuit, sicut in conventiculo Monacensi edictum erat, Sudetanos Polonosque mox reddidit, nobis tamen quaedam oppida — magna ex parte Hungarica — reddere recusavit, quamquam Mussolini et Hitler Duces promiserant se auctores<sup>5</sup> integritatis novorum finium Cecoslovaciae non nisi redditis iam etiam Hungaris fore.<sup>5</sup> Cecoslovaci, conditione ab Hungaria oblatā, ut controversiae per populi<sup>6</sup> scitum<sup>6</sup> componerentur,\* uti non ausi sunt, quare arbitri<sup>7</sup> Joachimus Ribbentropp et Galeatius e comitibus<sup>8</sup> Ciano, ministri rerum exterarum Germaniae et Italiae, invitati in palatio Vindobonensi «Belvedere» nominato convenerunt. Duobus saeculis ante dominus huius palatii, Eugenius princeps Sabaudiensis<sup>9</sup> Hungaris a Turcis oppressis libertatem reddidit. Nunc in hoc palatio reddita est libertas fere 1.000 milibus Hungarorum. Quamquam dolenda est amissa<sup>10</sup> urbs antiqua Ponium, ubi tot reges Hungariae coronati sunt, ubi a. 1742 nobiles nostri omnes, qui comitiis<sup>11</sup> regni<sup>11</sup> interessent, magna voce latine clamitaverunt: «Vitam et sanguinem pro rege nostro Maria Theresia!» necnon Nagyszombat (Tyrnavia), ubi universitas Pázmányana Budapestinensis a. 1635 condita est, etc.: tamen gratias agimus et arbitris nostris et Italiae et Germaniae quam maximas, nam munere haud facillimo fungendum iis fuisse nemo negare potest. In futuro speramus fore, ut Slovaci — plus mille per annos communi patria nobiscum coniuncti — nunc iam vicini novi amicitia sincerā nobiscum coniungantur.

<sup>4</sup> meggyöngült = geschwächt = affaibli <sup>5</sup> garantál = garantieren = garantir <sup>6</sup> népszavazás = Volksabstim-

mung = plébiscite \* (békésen) kiegyenlíteni = beilegen = accomoder <sup>7</sup> döntőbíróul = als Schiedsrichter = juge arbitral <sup>8</sup> gróf = Graf = comte <sup>9</sup> Szavojai = von Savoyen = Savoie <sup>10</sup> elvesztése = Verlust = perte <sup>11</sup> országgyűlés = Reichstag = diète



## LECTORIBUS MINIMIS.

### locosa.

Loca discipulorum gymnasii Academici Budap.

1. Magister in schola propter stulte<sup>1</sup> factum<sup>1</sup> dicit discipulo: Si domi eris, quinquages describes hanc enuntiationem:<sup>2</sup> «Malus et negligens sum». Et scidulam,<sup>3</sup> in qua scribes, pater tuus subscribere debet.

2. Medicus: Iam video te convalescentem.<sup>4</sup> Aegrotus: Certe, domine medice, quia observavi praescriptionem, quae in laguncula<sup>5</sup> medicamenti<sup>5</sup> est.

Medicus: Recte, rectissime! Quia solum ita potes omnino<sup>6</sup> convalescere. Quid est in laguncula praescriptum?

Aegrotus: Laguncula accurate clausa sit!  
3. Helena: Nescio, cur rideas videns me ante clavichordium<sup>7</sup> sedere.

Paulus: Tum veniunt mihi in mentem vicinorum, qui te clavichordio<sup>8</sup> canentem<sup>8</sup> audiunt.

4. Petrus: Quotiescunque<sup>9</sup> domo proficiscor,<sup>10</sup> ut iter faciam, semper valde commotus<sup>11</sup> sum.

Geysa: Cur non proficisceris iam 1—2 diebus prius?

5. Uxor medici: Vere conduxisti<sup>12</sup> coquam,<sup>13</sup> quae antea nobis famulabatur?<sup>14</sup>

Uxor mercatoris: Conduxi, sed nec dimidium<sup>15</sup> credimus, quae de vobis narrat.

6. Hortulanus<sup>16</sup> interrogat nebulonem, qui ultra saepem<sup>17</sup> stat: «Tua-ne est haec pila?»<sup>18</sup>

Nebulo cautē: Fractum<sup>19</sup> est aliquid?

Hortulanus: Non.

Nebulo: Tum pila mea est.

A. Pallavicini.

<sup>1</sup> buta csíny = dummer Streich = gaminerie stupide  
<sup>2</sup> mondat = Satz = phrase <sup>3</sup> cédula = Zettel = billet, fiche <sup>4</sup> gyógyul = genesen = convalescent <sup>5</sup> orvosságos üveg = Arzneifläschchen = flacon pharmaceutique <sup>6</sup> egészen = gänzlich = complètement <sup>7</sup> zongora = Klavier = piano <sup>8</sup> zongorázni = Klavier spielen = jouer du piano <sup>9</sup> valahányszor = so oft = chaque fois que <sup>10</sup> elindul = aufbrechen = partir <sup>11</sup> izgatott = aufgeregt = ému <sup>12</sup> fel-fogad = dingen = engager <sup>13</sup> szakácsné = Köchin = cuisinière <sup>14</sup> szolgál = dienen = servir <sup>15</sup> fele = Hälfte = moitié <sup>16</sup> kertész = Gärtner = jardinier <sup>17</sup> kerítés = Ver-zäunung = haie <sup>18</sup> labda = Ball = balle <sup>19</sup> eltört = zerbrochen = cassé

7. Magister : Dic mihi sex animalia Africana.  
Discipulus : Duo leones et quattuor elephanti.

*F. Kaveggia.*

8. Stephanus : Cur stas semper? Cur non sedes?

Ioannes : Quia a direttore nostri gymnasii de negligentia per litteras<sup>20</sup> admonitus sum<sup>20</sup>, quas pater subscribere debuit.

*Dionysius Klökner.*

9. Mater : Dic mihi, mi fili, cur non cochleari<sup>21</sup> uteris coagulum<sup>22</sup> pomorum<sup>22</sup> edens.

Filius : Non possum, nam coagulum tam aegrum<sup>23</sup> est nervis,<sup>23</sup> ut semper decidat ex cochleari.

*Alexander Ljubicic.*

10. Filia : Mater carissima! Málum bono-ne pensandum<sup>24</sup> est?

Mater : Ita est, mea filia.

Filia : Tum da mihi donum aut pecuniam, nam fregi armarium<sup>25</sup> vitreum.<sup>25</sup>


11. Iosephus : Quomodo fit, ut feles<sup>26</sup> nocte in tecto sit? — Carolus : Quia ibi non sunt canes.

*Andreas Vagács.*


<sup>20</sup> intő cédulát kaptam = ich erhielt einen Mahnbrief = avertissement écrit <sup>21</sup> kanál=Löffel=cuiller <sup>22</sup> alma-kocsonya = Apfelgelée = gelée de pommes <sup>23</sup> ideges = nervenschwach = nerveux <sup>24</sup> kell viszonzozni = man soll vergelten = on doit payer <sup>25</sup> üvegszekrény = Schrank = vitrine <sup>27</sup> macska = Katze = chat

## Carmina popularia Hungarica. II.

*Alacriter.*



Ma - ter, pro - cus fo - ca - le A me pe - tit spon - sa - le.



Fil-ja pri-us id spectes, Hus-sarus sit, an pedes, Tum si Hus-sa-rus est, il - li des.

Convertit *Eva Laczák* disc. Kaposváriensis.

## locularia\* Matthiae regis.

Scripsit *Val. Fehér O. S. B.* (Zalaapáti.)

### 1. Matthias et vir munus<sup>1</sup> petens.<sup>1</sup>

Quidam vir nobilis, qui in aula Matthiae regis aliquod munus assidue petebat, ab aulicis<sup>2</sup> diu vanā spe alebatur.<sup>3</sup> Quod<sup>4</sup> cum vir ille sensisset,<sup>5</sup> Matthiam ipsum adiit itemque<sup>6</sup> eum<sup>7</sup> munus aliquod exoravit. Rex id fieri<sup>8</sup> non<sup>8</sup> posse<sup>8</sup> dixit. Vir pro hac re gratiis<sup>9</sup> actis<sup>9</sup> laetus e conclavi<sup>10</sup> egreditur. Tum rex illum responsum non recte intellexisse ratus<sup>11</sup> revocat et «Pro qua re — inquit — egisti gratias?» Ille «Pro tua — inquit — benevolentia gratias egi. Me enim aulici tui per duos annos solā<sup>12</sup> spe aluerunt et verba<sup>13</sup> mihi dederunt,<sup>13</sup> sed tu certo confirmasti munus me<sup>14</sup> nunquam adipisci<sup>14</sup> posse.<sup>14</sup> Nunc igitur alium victum<sup>15</sup> quaeram». Matthias, cui hoc responsum valde placuit, iuveni munus illud donavit.

\* tréfái = Scherze = facéties <sup>1</sup> hivatalkereső = Amts-bewerber = solliciteur d'une charge <sup>2</sup> udvari emberek = Hofleute = courtisans <sup>3</sup> kecsegtet = hinhalten = bercer de vains espoirs <sup>4</sup> et id <sup>5</sup> vidisset <sup>6</sup> és szintén = und gleichfalls = et également <sup>7</sup> tőle = von ihm = lui <sup>8</sup> hogy lehetetlen = es sei unmöglich = que c'était impossible <sup>9</sup> miután köszönetet mondott = nachdem er sich bedankte = après l'avoir remercié <sup>10</sup> terem = Saal = salle <sup>11</sup> putans <sup>12</sup> csupán = bloß = uniquement <sup>13</sup> amit = täuschen = abuser par de vaines promesses <sup>14</sup> hogy elnyerhetem = daß ich erlangen könne = que je ne pouvais

jamais<sup>15</sup> obtenir <sup>15</sup> kenyérkereset = Lebensunterhalt = gagne-pain



Matthias rex.

2. Morio<sup>16</sup> Matthiae regis.

Matthias aliquando labore fessus in cubitum<sup>17</sup> innixus<sup>17</sup> e fenestra prospectabat. Repente<sup>18</sup> morionem per hortum festinare conspicatus<sup>19</sup> inclamat: — «Quo, puer, tam raptim<sup>20</sup> properas?»

— Te ipsum visere mihi<sup>21</sup> in animo est.<sup>21</sup>

— Hoc fieri non potest.


— Cur non potest?

— Propterea, quod nulli morioni hoc cubiculum<sup>22</sup> intrare licet.

iacit et . . . *sex* est numerus. S. Petrus ludit et numerus est . . . *septem!* Tunc S. Paulus confusus: <sup>5</sup> «Carissime — inquit — noli, <sup>6</sup> quaeso, inter amicos miracula facere!»<sup>6</sup>

W. Wenstedt, disc. Kaatsheuvelensis. (Batavia.)

2. Villieus largus. Exploratores<sup>7</sup> in finibus cuiusdam pagi<sup>8</sup> castra ponunt. Unus ex agricolis pueros compellat<sup>9</sup> tentoria<sup>10</sup> collocantes: <sup>10</sup> «Domini exploratores! (Sic enim solebant rustici eos compellare.) Amatisne poma?»<sup>11</sup> — «Maxime» — respon-



Urbs Komárom a Bohemis reddita.

— Quidum<sup>23</sup> ergo tu intus<sup>24</sup> es?

Matthias his verbis vehementer obstupefactus<sup>25</sup> nihil ex tempore<sup>26</sup> contra respondere potuit, neque tamen morioni succensuit.<sup>27</sup>

<sup>16</sup> udvari bolond = Hofnarr = fou <sup>17</sup> könyökére támaszkodva = sich auf den Ellenbogen stützend = s'accouder <sup>18</sup> hirtelen = plötzlich = soudainement <sup>19</sup> cum conspexit <sup>20</sup> sebtében = in hastiger Eile = précipitamment <sup>21</sup> szándékozom = ich beabsichtige = j'ai l'intention <sup>22</sup> szoba = Zimmer = chambre <sup>23</sup> hát hogyan (v. : miért) = wieso = comment <sup>24</sup> bent = darin = y <sup>25</sup> meg-hökkenve = in Erstaunen gesetzt = ahuri <sup>26</sup> hevenyében = aus dem Stegreif = tac au tac <sup>27</sup> haragudni = zürnen = se fâcher

## Varia.

1. Miraculum Sancti Petri. Sancti Apostoli Petrus et Paulus per plateas<sup>1</sup> Amstelodami (vulgo: Amsterdam) ambulans. Repente S. Paulus gemmas<sup>2</sup> splendidam media in via iacentem videt. Statim Apostolus exclamat: «Mea fit!» Petrus autem: «Da mihi», inquit, «ego enim maior<sup>3</sup> natu<sup>3</sup> sum!» «Aleā<sup>4</sup> ludamus»,<sup>4</sup> suadet S. Paulus. Hic prior aleam

dent pueri. «Agedum venite mecum! In area<sup>12</sup> mea duas corbes pomorum plenas habeo, quas Vobis dabo! . . . Verum est quidem<sup>13</sup>, me<sup>14</sup> haec poma subibus meis dare voluisse,<sup>14</sup> sed timeo, ne his malis durissimis pereant.»<sup>15</sup> Emericus Kolma disc. Bp.

3. In expositione<sup>16</sup> artium modernarum Parisiana multitudo pictorum disputat de pictura insolita, in qua nihil suo loco est, et in qua omnia quasi in eo<sup>17</sup> sunt, <sup>17</sup> ut decident. «Denique<sup>18</sup> — dicit pictor quidam — si quis<sup>19</sup> nescit pingere, in scholam eat, ut discat». — Oh, fuit quondam<sup>20</sup> pri-

<sup>1</sup> utca = Straße = rue <sup>2</sup> drágakő = Edelstein = pierre précieuse <sup>3</sup> idősebb = älter = ton aine <sup>4</sup> kockát vet = Würfelspiel spielen = tirer au sort <sup>5</sup> zavarában = verwirrt = penaud <sup>6</sup> ne csinálj = mach' keine = ne fais pas <sup>7</sup> cserkész = Pfadfinder = éclaireur <sup>8</sup> falu = Dorf = village <sup>9</sup> megszólít = anreden = aborder <sup>10</sup> sátorot verni = Zelt aufschlagen = dresser une tente <sup>11</sup> alma = Apfel = pomme <sup>12</sup> szérű = Tenne = aire <sup>13</sup> ugyan = allerdings = il est vrai que <sup>14</sup> hogy akartam = daß ich . . . wollte = j'ai voulu <sup>15</sup> megdöglik = krepieren = crever <sup>16</sup> tárlat = Ausstellung, Galerie = exposition <sup>17</sup> készül, azon a ponton van, hogy = im Begriff sein = être sur le point de <sup>18</sup> elvégre is = schließlich = enfin <sup>19</sup> valaki = jemand = quelqu'un <sup>20</sup> valamikor régen = einst vor längerer Zeit = autrefois

dem<sup>20</sup> iste mos; — interrumpit Marthe Lebasque, filia pictoris clarissimi, — si quis hodie nescit pingere, non frequentat<sup>21</sup> scholam pictorum, sed novam scholam condit.

*Editha e baronibus Weissenbach disc. Kaposváriensis.*


4. **Eduardus VII.**, avus<sup>22</sup> Britanniae regis, qui est hodie, modestissimus erat homo. Cum is anno 1904 quamdam scholam visitaret, pueros interrogavit de regum maximorum nominibus. Illi dixerunt: «Henricus VIII, Eduardus III» etc. Tum magister ad aures cuiusdam discipuli nomen, Eduardi VII furtim<sup>23</sup> insusurravit<sup>23</sup>.

Ergo puer exclamavit: «Eduardus VII.», quod a magistro audiverat. Sed rex interrogavit: «Scisne, quae facta magna is fecit?» Puer timide<sup>24</sup> respondit: «Nescio». Tum rex ridens dixit: «Credo equidem, nam neque ego scio!»

5. **Körner, clarus poeta Germanus**, qui iuvenis occubuit<sup>25</sup> morte gloriosa, uti noster Petöfi, scripsit iuvenis 17 annos<sup>26</sup> natus<sup>26</sup> primas duas comoedias. Ille quoque ludo scenico interfuit, et magna cum commotione<sup>27</sup> exspectabat, ut aulaeum<sup>28</sup> levaretur. Audiendi<sup>29</sup> cupidus<sup>29</sup> fuit poeta, quid homines de auctore scirent. Vicinum interrogavit, novissetne<sup>30</sup> ille poetam. «Bene eum novi — respondit homo — vasti<sup>31</sup> corporis et pinguis<sup>32</sup> vir est, quem haud putares primo aspectu<sup>33</sup> esse scriptorem bonum.» Körner cachinnabat,<sup>34</sup> sed noster amicus risum non vidit, quia ludus tum iam incepit.

*Emericus Lipsitz disc. Debrecinensis.*

<sup>21</sup> látogat = besuchen = aller à <sup>22</sup> nagyapa = Großvater = grand-père <sup>23</sup> észrevétlenül megsúg = unbemerkt zuflüstern = souffler <sup>24</sup> félénken = zaghaft = timide <sup>25</sup> meghal = sterben = mourir <sup>26</sup> éves korában = Jahre alt = âgé de... ans <sup>27</sup> izgalom = Aufregung = émoi <sup>28</sup> függöny = Vorhang = rideau <sup>29</sup> kíváncsi = neugierig = curieux <sup>30</sup> hogy ismeri-e = ob er... kenne = s'il connaissait <sup>31</sup> esetlen = plump = obèse <sup>32</sup> kövér = fett, dick = gros <sup>33</sup> látásra = Blick = à première vue <sup>34</sup> kacag = laut auflachen = éclater de rire



## LECTORIBUS MEDIIS

### Sutor et filii. (2)

*Fabula C.-i Mikszáth. Latine reddidit Ios. Guelmino Bp.*

Non multum praeteriit temporis et fortuna viculo magna advenit. Rex visitavit viculum. In omnibus casis vexilla<sup>40</sup> volitant<sup>41</sup> in vento, homines sollemnes<sup>42</sup> habitus<sup>42</sup> induerunt sibi et in statione ferroviaria in ordinibus quadruplicibus steterunt milites. Et cum tramen<sup>43</sup> regis cum crepitu<sup>44</sup> ingruit,<sup>44</sup> tubicines tubā<sup>45</sup> cecinerunt.<sup>45</sup> Pulcherrime autem Petrus cecinit tuba, ita ut

haec res non fugeret regem. Adiit eum<sup>46</sup> et: «Quomodo nominaris tubicen?» interrogavit.


— Petrus Tóth, — respondit ille

— Quis est pater tuus?

— Michael Tóth, sutor, domine augustissime.<sup>46</sup>

— Non dubitamus, quin homo frugi<sup>47</sup> sit, qui talem educaverit filium, — dicit rex clementer.

— Clementia vestra bene iudicat eum, — respondet tubicen.



Aedes cathedralis in urbe Cassovia a Bohemis reddita, ubi ossa Francisci Rákóczi principis quiescunt.

Rex tubam auream iussit dari tubicini. Quinque pulcherrimi equi trahebant currum regis, exclamationibus autem populi consternati<sup>48</sup> sunt. Auriga<sup>49</sup> non potuit retinere equos, qui furibundi ruebant per viam. Et nemo eis obsistere ausus est, nisi publicae<sup>50</sup> securitatis<sup>50</sup> custos.<sup>50</sup> Hic manu ahenea<sup>51</sup> corripuit frenos<sup>52</sup> primi equi et bestias consternatas resistere coëgit. — «Oh, hominem frugi! — clamavit rex. — Quodomo vocaris?»

<sup>40</sup> zászló = Fahne = drapeau <sup>41</sup> lobog = wehen = flotter <sup>42</sup> ünnepi ruha = Festkleid = habit de fête <sup>43</sup> vonat = Zug = train <sup>44</sup> berobog = hereinrasseln, — dampfen = entrer en gare <sup>45</sup> trombitál = trompeten = sonner le clairon <sup>46</sup> felséges uram = Maiestät = Sire <sup>47</sup> derék = brav = brave <sup>48</sup> megbökösödik = scheu werden = s'emballer <sup>49</sup> kocsis = Kutscher = cocher <sup>50</sup> rendőr = Schutzmann = sergent de ville <sup>51</sup> vas(marokkal) = eisern, fest = d'une main de fer <sup>52</sup> zabla = Zügel = bride

— Michael Tóth, — respondit custos publicae securitatis.

— Et pater tuus?

— Michael Tóth, senior — iteravit ille.

Rex sacculum auri iussit ei dari: «Unum poculum etiam sanitati meae propinabis,<sup>53</sup> qui integritatem corporis mei reservasti» — dixit ei clementissime.

Inde ad curiam<sup>54</sup> ventum est. Rex non potuit celare<sup>55</sup> admirationem, tam admirabile erat aedificium turritum.

— Quis aedificavit hoc palatium grandissimum?

— Georgius Tóth, caementarius, — erat responsum.

— Fortasse filius Michaelis Tóth, sutoris?

— Illius est filius, domine augustissime!

— Hm — admiratur in se rex, nihil autem verbo adiciens. Rex sub vesperam ambulatum ivit. Ante repositorium<sup>56</sup> vitreum<sup>56</sup> quoddam autem attonitus<sup>57</sup> restitit: «Quis fabricavit hos perones?<sup>58</sup> — interrogavit. — Nunquam per omnem vitam vidi his praestantiores.»\*

— Stephanus Tóth — erat responsum. — Filius Michaelis Tóth.

Rex capite adnuvit<sup>59</sup> rei et inter cogitationes progrediebatur. Non multo post iterum repositorium vitreum novum admirari coebatur. «Et hic vestitus singularis<sup>60</sup> cuius manibus factus est?»

— Manibus Iosephi Tóth, sartoris.

— Hic quoque Michaelis est filius?

— Eiusdem, — responderunt comites.

Rex iterum et saepius adnuvit capite et in cogitatione defixus<sup>61</sup> pervenit cum comitibus in locum quendam, ubi pueri militiam<sup>62</sup> ludebant. Rex intentus spectabat lusores et puerum, cui imperio<sup>63</sup> claro et longe sonanti ceteri armis<sup>64</sup> exercebant,<sup>64</sup> ad se vocari iussit. «Macte!<sup>65</sup> — excepit eum laetus. — Video te optimum militem fore. Imperium tuum optimum est. Quomodo vocaris?»

— Andreas Tóth, domine augustissime.

— Et pater tuus?

— Michael Tóth, sutrinam<sup>66</sup> facit.

— Et procul habitat hinc?

— Non, in quinta casa.

— Duc me ad eum.

Sutor summa cum reverentia<sup>67</sup> accepit regem. «Quot filios habes?» — interrogat rex. — Sex habeo, augustissime rex, — respondet sutor.

— Quid artium<sup>68</sup> faciunt?<sup>68</sup>

— Primus sutor est. Secundus sartor. Tertius publicae securitatis custos. Petrus tubicen. Georgius autem caementarius est.

— Et Andreas?

— Eum nunc ipsum alumnum<sup>69</sup> officinae<sup>69</sup> ferrariae<sup>69</sup> esse volo.

— Nunquam id fiet — interruptit eum rex. — Andream ego adoptare volo. Tibi remanent quinque, ego autem nullum habeo filium. Si assentiris,<sup>70</sup> Andreas rex erit.

— Non contradico, domine augustissime, — respondet sutor. — Si necesse est, fiat rex, ego non contradico.

Sic factus est Andreas filius regis. Et cum puerum rex secum tulisset, sutor iam superbior iit in globiludium et iudicem in via oblitus est salutare.

— Quae res est haec, Michael Tóth? — inter-

rogat eum iudex iam minus amice. — Fortasse etiam sextum filium collocasti?

— Ita est, — respondit sollemniter<sup>71</sup> sutor.

— Et quid factus est? — cavillabatur<sup>72</sup> index.

— Filius regis, — erat responsum. Et sutor reliquit eum in media via attonitum.<sup>73</sup>

In globiludio globulum maximum sumpsit. «Attendite! — dixit — novenio<sup>74</sup> erit.»

Et vere globulo misso omnes novem coni<sup>75</sup> deiecti sunt. Et dominus Michael Tóth, compater<sup>76</sup> regis, dolium<sup>77</sup> cerevisiae<sup>78</sup> proferri iussit, quod omnes domini, novenionem assecuti legibus globiludii facere debent.

Finis.

\* 53 ürít = zutrinken = vider 54 városháza = Rathaus = hôtel de ville 55 eltítkol = verheimlichen = cacher 56 kirakat = Schaufenster = étalage 57 elragadtatva = beigestert = enchanté 58 csizma = Stiefel = botte \* külömb = vorzüglicher = plusbeau 59 helyeslőleg bólogat = Beifall zunicken = acquiescer 60 páratlan = einzig in seiner Art = incomparable 61 elmélyedve = versunken = pensif 62 katonádsí = Soldaten = aux soldats 63 vezényszó = Kommandowort = commandement 64 gyakorlatozni = exercieren = faire des manoeuvres 65 bravó! = gut gemacht! = bravo! 66 csizmadia mesterség = Schusterhandwerk = cordonnerie 67 hódolat = Ehrfurcht = respect 68 mi a mesterségük? = was für ein Handwerk treiben sie? = quel est leur métier 69 kovácsinas = Schmiedelehrling = apprenti forgeron 70 beleegyezni = zustimmen = consentir 71 ünnepélyesen = feierlich = solennelement 72 csúfolódni = spötteln = se moquer 73 tátott szájjal = verblüfft = la bouche bée 74 kilencet ütni = alle Neun = renverser neuf quilles 75 baba (a tekepályán) = Kegel = quille 76 apatárs = Mitwater = compère 77 hordó = Faß = barrique 78 sör = Bier = bière

## Aqua pura.

Fabula popularis antiqua, scripsit *Selma Lagerlöf*. Latine reddidit *dr. Franciscus Turányi* Bp.

Haec, quae narrantur, facta sunt tempore, quo Dominus Noster et Sanctus Petrus in hoc mundo adhuc commorabantur.

Sabbatho quodam ambo defatigati in pagum sibi omnino ignotum pervenerunt, quapropter<sup>1</sup> tectum petitori ad cauponam<sup>2</sup> devertere coacti sunt. Quos caupo<sup>3</sup> hospitaliter excepit promisitque eis se libenter hospitium praebiturum esse, si scamno<sup>4</sup> tabernae ut lecto contenti essent. Quam condicionem Dominus Noster et S. Petrus grato animo acceperunt, quamquam sciverunt haud ullam sibi requiem ibi dari; immo cauponi dixerunt haud melius quidquam se expectare. Corpora fessa ergo prosternentes statim obdormiverunt, at mediâ nocte clamore ingenti excitati sunt. Quattuor enim homunciones<sup>5</sup> ebris<sup>6</sup> proximi<sup>6</sup> advenerunt et tantum clamorem in cauponâ sustulerunt, ut omnes domestici expergiscerentur.<sup>7</sup> Qui viri ebris horas adhuc plures in vino et conviviis et paginis<sup>8</sup> ludentes<sup>8</sup> peragebant rixantes<sup>9</sup> inter se et invicem im-

<sup>1</sup> ezért = weshalb = c'est pourquoi <sup>2</sup> kocsmá = Gasthaus = auberge <sup>3</sup> kocsmáros = Gastwirt = hôte <sup>4</sup> pad = Bank = banc <sup>5</sup> fickó = Kerl = gaillard <sup>6</sup> félig részeg = halbbetrunken = à moitié ivre <sup>7</sup> felébred = erwachen = se réveiller <sup>8</sup> kártyázni = Karten spielen = jouer aux cartes <sup>9</sup> civakodni = zanken = se disputer

pias<sup>10</sup> voces<sup>10</sup> iactantes.<sup>10</sup> Quare Dominus Noster et S. Petrus totā nocte vigilantes cubabant. A quibus turbatores<sup>11</sup> otii<sup>11</sup> bene observatos esse facile intelligitur et haud dubium est, quin eos ubicunque locorum agnoscant, si eos forte conveniant.

Viatores ergo miseri multo mane surrexerunt et cauponi pro hospitio gratias agentes abierunt. Haud procul aberant, cum campanas<sup>12</sup> ad cultum divinum invitantes audirent hominesque ecclesiam Dei petentes convenirent. Placuit<sup>13</sup> igitur etiam iis sacra<sup>14</sup> publica adire.

Aedem sacram intrantes sellas optimas invenerunt et ardenti animo psalmum cecinerunt. Sed vix sacerdos ad altare accessit, S. Petrus subito surrexit et ex aede egressus est. Interdum fores<sup>15</sup> subsellii<sup>14</sup> minitabundus obiecit<sup>15</sup> pedemque supplodens,<sup>16</sup> cum exiret, sacerdotem aequo ac auditores commonefecit se nec minimam partem temporis in hac aede manere velle. Foras igitur exiens in muro coemeterii<sup>17</sup> consedit et quidem longinque, ne cantum vel sermonem exaudire deberet.

At Dominus Noster usque ad finem cultus divini in templo remanebat. Qui exiens S. Petrum in muro sedentem confestim<sup>18</sup> conspexit eumque se gerentem quasi iniuriam maximam accepisset, statim intellexit. Benignis ergo eum verbis compellavit: «En tu, Petre, noluisti exaudire sermonem sacerdotis?»

At S. Petrus nullum responsum dedit vultuque<sup>19</sup> composito<sup>19</sup> ei tacite respondere visus est: «Longe abesto a me, ne extremo quidem te digito tangere cupio!» Dominus Noster autem iterum Petrum interrogavit, cur aede relictā huic optimae praedicationi aures non praeuisset? «Rarissime oratorem tam facundum audire potes», dixit Dominus.

«Quaestio in<sup>20</sup> re<sup>20</sup> vertitur<sup>20</sup>, quid tibi praecipue appetas<sup>21</sup>,» respondit Petrus immobilis. Se a Petro pro nihilo duci Dominus noster bene intellexit. Ille enim in muro sedens pedibus<sup>22</sup> oscillantibus<sup>22</sup> et in auram aspiciens sibilabat. «Interroga quemque fidelium piorum, optimane fuerit ista praedicatione», dixit Dominus. At S. Petrus patientiā<sup>23</sup> ruptā<sup>23</sup> e muro prosiliens oculis acerbis Dominum aspexit et: «Cur dissimulas, inquit, sententiam animi, cum etiam tibi optime cognitum sit, quis sacerdos iste sit!»

Cui respondit Dominus: «Haud nego eum mihi notum esse!»

«Quod etiam mihi persuasum erat» — dixit ei Petrus. — «Etiam tu vidisti, quis iste homuncio esset. Hic unus ex illis est, qui hac nocte in caupona morantes rixabantur. Tu unā mecum conspiciebas eum paginis ludentem et totā nocte potantem! Et quis scit, an crapulam<sup>24</sup> hesternam iam edormiverit?» Quomodo ergo horas longas in templo sedens sermoni eius aures dare potuisti? Qua in re haud te imitabor!»

Postea S. Petrus se convertens in viam se dedit. Dominus autem nihil respondens tranquille ei subsequabatur.

*Finis sequetur.*

<sup>10</sup> káromkodni = fluchen = jurer  
<sup>11</sup> békebontó = Friedenstörer = troubleur  
<sup>12</sup> harang = Glocke = cloche <sup>13</sup> el-

határozni = beschließen = décider <sup>14</sup> templomba = in die Kirche = à l'église <sup>15</sup> az ajtó becsapni = die Tür zuschlagen = claquer la porte <sup>16</sup> dobog = stampfen = piétiner <sup>17</sup> temető = Friedhof = cimetière <sup>18</sup> hamarosan = alsbald = tout de suite <sup>19</sup> komoly arcot vágott és = machte ein ernstes Gesicht und = d'un air sérieux <sup>20</sup> attól függ = es kommt darauf an = cela dépend <sup>21</sup> milyen igényeid vannak = was für Ansprüche man macht = jusqu'à quel point tu es exigeant <sup>22</sup> lógatta lábát = baumelte mit den Beinen = balancer les jambes <sup>23</sup> türelme fogytával = riß ihm die Geduld = au bout de sa patience <sup>24</sup> ittasságát kiheverni = den Rausch ausschlafen = cuver son vin

## Klobuzsnyik nomen<sup>1</sup> dat.<sup>1</sup>


Scr. Ernestus Ács, libere reddidit Aem. Láng (Keszthely).

Anno MCMXVIII. Id. Mart. ad flumen Plavim<sup>2</sup> castra nostra posita erant. Klobuzsnyik, miles gregarius propter fortunam inopinatam omnium apud centuriam invidias sibi contraxit. Servus<sup>3</sup> praefecti<sup>3</sup> factus est — non a<sup>4</sup> caligis,<sup>4</sup> vulgo «Putzer» dictus, qui apud frontem inservit, sed «domini» cuiusdam tuto loco viventis famulus. Miratus legi rescriptum<sup>5</sup> tribuni militaris, ut gregarium annis maturum in civitatem S. Viti ad summum<sup>6</sup> imperium<sup>6</sup> frontis Isontii<sup>7</sup> dimitterem.

— Bombax!<sup>8</sup> Quam potentes habes patronos, care mi fili, Klobuzsnyik!

Superbus coram me stabat balbutiens<sup>9</sup> nescio quid de Deo, qui nonnunquam etiam miserum Slovacum tueretur.

<sup>1</sup> jelentkezni (katonának) = sich melden (zum Kriegsdienst) = s'engager <sup>2</sup> Piave <sup>3</sup> tisztszolga = Offiziersdiener = ordonnance <sup>4</sup> (s. a caligis) csizmatisztító = Putzer = brossueur <sup>5</sup> leirat = Erlaß = rescrit <sup>6</sup> főparancsnokság = Oberkommando = haut commandement <sup>7</sup> Isonzo-(folyó) = Fluß = fleuve <sup>8</sup> Lám-lám! = Potz Tausend! = tiens, tiens <sup>9</sup> hebegni = stammeln = balbutier



Arx Trenchiniana (pag. 40).

— Vale igitur, care mi fili, Klobuzsnyik! Memento commilitonum,<sup>10</sup> quibuscum per annos in rebus secundis atque adversis gaudebas dolebasque.

Klobuzsnyik temporibus pacis Trenchinii<sup>11</sup> vestificus<sup>12</sup> fuit. Vita viri pii et integri mihi semper cordi erat ideoque in pugnis cavi, ne quid ei accideret.

Inter coquos centuriae brevi fama percrebruit, quomodo illa fortuna ei obvenisset. Forte propter valetudinem dimissus<sup>13</sup> est. Rediturus in urbe Udine cuidam succenturioni<sup>14</sup> superiori,<sup>14</sup> praefecto<sup>15</sup> rei<sup>15</sup> frumentariae<sup>15</sup> obviam venit. Cunae praefecti illius — dixerunt coqui — quondam in urbe Csaszlau movebantur, in vita civili causidicus fuit, cuius naso semper perspicillum<sup>16</sup> superpositum videres, tunc apud summum imperium in cancellaria<sup>17</sup> sedebat. Klobuzsnyik simul<sup>18</sup> aspectus<sup>18</sup> probatusque<sup>18</sup> ei erat et quia tunc temporis plurimum valebat, rem quam ocissime deciderat.

Coqui alia quoque insulsa<sup>19</sup> nugabantur:<sup>20</sup> Klobuzsnyikum usque dictitasse se in castris ubique iniuste laedi absque centurione pessimis modis despiciatum haberi. Se decennio maiorem esse centurione, illum tamen semper «care mi fili» dicendo secum fraternisare.<sup>21</sup>

Klobuzsnyik bello finito mihi iterum obvius occurrit. Pedibus venimus a flumine Plavi in Hungariam. Extra civitatem Emonensem<sup>22</sup> in via grande plaustrum automobile substitit riscis<sup>23</sup> et cistis<sup>24</sup> cumulatum. Super sarcinas assidebat Klobuzsnyik. Praeter autistam<sup>25</sup> vir simis<sup>26</sup> nasibus<sup>26</sup> civili veste indutus — naso eius perspicillum cerneret superpositum et causiae<sup>27</sup> insigne<sup>27</sup> nescio quale infixum — acriter in clamabat militem Hungarum, cuius currus in luto<sup>28</sup> haesit.

— Oho! quam multas habetis sarcinas, mi<sup>29</sup> vetule<sup>29</sup> — clamabat decanus<sup>30</sup> Stefanek. At Klobuzsnyik se avertit.

\*

Multum temporis praeteriit. Patriae<sup>31</sup> valedixi et Budapestum migravi. Interim Klobuzsnyikii penitus oblitus sum. At duobus annis post vir me visitavit, cuius capilli iam canescebant. Petasum diu inter manus versabat, in me stupebat, sed loqui nequibat.

— Klobuzsnyik! — exclamavi commotus — quomodo Budapestum pervenisti? — Repente aggressus est promiscue nunc Slovae nunc Hungarice loqui, uti solebat. Longum sermonem hisce verbis finivit: Iako kdo seje, tak zene!... Uti sementem feceris, ita metes!...

Klobuzsnyik quidem certo pessime seminavit, nam dominus ille Bohemus indignissime eum tractavit. Per novem menses vestes militares civilesque gratis ei confecit, quin etiam filum,\* malleolos\* et pannum\* insuendum\* suo sumptu, pecuniā comparsā emit. Dominus ille montes auri ei pollicebatur — et postremo nihil nec assem quidem ei dedit.

— Quid ad haec, domine centurio? — rogavit Klobuzsnyik.

— Quid vis dicam, domine Klobuzsnyik? Brevis oratio de istis. Tu et pristinus erus tuus cives estis Cecoslovachiae; illum igitur fac voces in iudicium Cecoslovaticum.

Iratus manu abnuvit: «Hac molestiā iam perunctus sum. Litem perdidit. Lis enim sententia<sup>32</sup>

terminali<sup>32</sup> composita est. Dominus succenturio Bohemus omnia pernegavit. Nunc iam nullam forensē iustitiam sector, sed pro honore<sup>33</sup> ac existimatione<sup>33</sup> militari defendendis veni...»

— Qua re venisti?! — rogavi eum miratus. Oculi glauci<sup>34</sup> igne micabant. Sibi conscius dixit: «Ego miles fui Francisci Iosephi. Existimatio militari: mihi semper summae curae erat. Fieri non potest, ut praefectus furetur, fraudet, mentiat et postremo impune abeat. Domine centurio, fac, quaeso, ut «tribunal<sup>35</sup> competens<sup>35</sup> per arbitros<sup>36</sup> honorarios<sup>36</sup> rem diiudicet. Haud nescio leges decoris<sup>37</sup> militaris adhuc valere. Nostri novi domini me sciscitantem deriserunt, sed tu, domine, qui mihi in acie — non in cancellaria — praefectus fuisti, me ludibrio non habebis!»

Klobuzsnyik noluit mihi credere «tribunal competens» in Europa non esse, ubi pro decore militari illius domini restituendo intervenire possem.

Vehementer commotus est. Mitigabam eum. Frustra. Inundavit aures meas querelis. Nec audeo scriptis mandare graves contumelias, quas in dominos novae patriae dixerat. Non pristinus miles reverentissimus<sup>38</sup> sedebat coram me, sed concitator<sup>39</sup> acerbissimus.


— Fac obliviscaris, domine Klobuzsnyik, temporum praeteritorum. Redi Trenchinium ad familiam tuam, strenue labora et esto civis probus novae tuae patriae! Valere te iubeo, domine Klobuzsnyik.

Languidis<sup>40</sup> oculis aspexit me et pigritia<sup>41</sup> in vultu eius eminebat, Gradu instabili abiturus in limine se vertit ac: «Domine centurio — ait — noli me dominum appellare, sed dic, quaero, ut antea: care mi fili Klobuzsnyik!» (*Finis sequetur.*)

<sup>10</sup> bajtárs = Kriegskamerad = camarade de guerre

<sup>11</sup> Trenchén: oppidum Hungariae, ab a. 1919 Cecoslovaciae <sup>12</sup> szabó = Schneider = tailleur <sup>13</sup> szabadságolni = beurlauben = recevoir un congé <sup>14</sup> főhadnagy = Oberleutnant = lieutenant <sup>15</sup> élelmezőtiszt = Proviantoffizier = officier de ravitaillement <sup>16</sup> orrcsipető = Kneifer = pince-nez <sup>17</sup> iroda = Kanzlei = bureau <sup>18</sup> első pillantásra megtetszett = gefiel auf den ersten Blick = plaire au premier coup d'oeil <sup>19</sup> ostoba = albern = bêtises <sup>20</sup> fecseg = schwätzen = raconter, radoter <sup>21</sup> komázik = fraternisieren = fraterniser <sup>22</sup> Lajbach (Laybacum) <sup>23</sup> bőrönd = Koffer = valise <sup>24</sup> láda = Kiste = malle <sup>25</sup> gépkocsivezető = Kraftwagenlenker = chauffeur <sup>26</sup> tömpeorrú = stumpfnasig = camus <sup>27</sup> kalapszalag (nemzeti színű) = Kokarde = cocarde <sup>28</sup> sár = Kot = boue <sup>29</sup> kedves öregem = lieber Alter = mon vieux <sup>30</sup> tizedes = Korporal = caporal <sup>31</sup> szülőföld = Heimat = patrie \* cérna, gomb, béléšanu = Zwirn, Knopf, Futterzeug = fil, bouton, doublure <sup>32</sup> végérvényes ítélet = endgültiges Urteil = arrêt définitif <sup>33</sup> becsület és jó hírnév = Ehre und guter Ruf = honneur et bonne renommée <sup>34</sup> kék = blau = bleu <sup>35</sup> illetékes hatóság = kompetentes Gericht = tribunal compétent <sup>36</sup> becsületbíró = Ehrenrichter = arbitre d'honneur <sup>37</sup> becsület = Ehre = honneur <sup>38</sup> tiszteletadó = ehrerbietig = respectueux <sup>39</sup> lázadó = Aufwiegler = rebelle <sup>40</sup> fénytelen = glanzlos = éteint <sup>41</sup> kedvetlenség = Unlust = ennui, dépit






## De filio peculatoris. (2)

Ex libro: «Kis diákok — nagy diákok.» Elbeszélések a diákság iskolai életéből. Irta: Mátray Ferenc dr. Szeged, Madách-utca 17. 1938. Szerző kiadása. Pag. 160. Pretium 1.50 pengoe.

Tota classis muto silentio ibat post exsequias in scholam et primo intervallo ad quietem dato colloquebantur, quomodo deinde Emericus Sipos tractaretur. Nemo se dedit<sup>24</sup> in sermonem<sup>24</sup> cum illo, sed ea poena levis esse videbatur. «Expectemus sententiam collegii professorum — dixerunt nonnulli — quae si non sit probabilis, faciemus aliquid nos!»

<sup>24</sup> szóba áll = sich in ein Gespräch einlassen = addresser la parole <sup>25</sup> ura magának = sich selbst beherrschen = se dominer <sup>26</sup> levizgázik = Prüfung ablegen = passer son examen



## De Scipione Africano.

Pellicula<sup>1</sup> supra dicta,<sup>2</sup> quae praemio Mussolinii Ducis ornata erat, etiam nos magnopere delectavit. Argumentum hoc est: Bello Punico II-o Hannibal inopinate per Alpes in Italiam venit Romanosque ad Ticinum, Trebiam, lacum Trasumennum vincit, cum autem ad Cannas 70.000



Hora Latina venit. Professor noster intravit, in diario classis res usitatas inscripsit et tum tacitus in classe ambulabat. Pueri mirantes observabant convulsionem nervosam vultus humerorumque eius. Iam circa quartam partem horae sic ambulabat, cum propter concitationem animi voce depressâ incepit loqui:

«Inhonestus, immundus frater est inter vos!»

Solum tolerans bonitas professoris per annos nota potuit dare audaciam Emerico Sipos, cum surrexit et interrogavit: «Quis est ille, domine professor?»

Professor ad haec insolentia verba non fuit potens<sup>25</sup> sui.<sup>25</sup> Ad subsellium pueri prosiluit, quem vi ingenti sustulit et concussit, deinde ianuae classis adeo afflixit, ut ea horribili fragore aperiretur et per illam in porticum laberetur Sipos.

Sipos non ausus in scholam nostram redire in alio quodam gymnasio probatus est,<sup>26</sup> sed in oppidum Újkörös posthac non revertit. (*Finis.*)

Latine reddidit *Vincentius Bors*, Szegedinensis.

Romanorum moriuntur, Romae terror<sup>3</sup> caecus<sup>3</sup> iniicitur. Scipio Hannibalem imitaturus in senatu poscit, ut sedes<sup>4</sup> belli in Africam transponatur. Contra A. Fabius non<sup>5</sup> nisi<sup>5</sup> Romae defendendae consulendum esse putat, itaque senatus consultum fit, ut Scipio belli Africani dux sit, sed neque milites neque pecuniae ei decernuntur. Plebs consulem senatu egredientem in foro ut patriae liberatorem maximo animi ardore celebrat; divites servos manumittunt, quo plures eum sequi possint, dantur ei et naves et pecunia, nam is ultima spes civitatis est. Interea in castris Hannibalis seditio oritur, quam dux Carthaginiensis crudelissime opprimit, sed non Scipionem in Africam sequitur, nam Romam unâ cum fratre appropinquanti aggredi vult.

<sup>1</sup> film = Film =<sup>2</sup> film <sup>2</sup> Inscriptio Hungarica erat: «Somnium reginae». <sup>3</sup> pánik = panischer Schrecken = panique <sup>4</sup> színhely = Schauplatz = théâtre <sup>5</sup> csak = nur = seulement

In Africa Scipio cum Masinissa foedus icit. Socii in pugna nocturna rivalem<sup>6</sup> Masinissae, Syphacem, regem Numidiae vincunt. Masinissa iam pridem amavit Sophonisbam, quae nunc conjuge Syphace capto Cyrtam fugit. Masinissa reginam in matrimonium ducit, ut vitam eius servaret (nam illā adhortante Syphax a Romanis desciverat).<sup>7</sup> Regina, ne viva a Romanis caperetur, potionem mortiferam a Masinissa acceptam haurit. Clade Syphacis et morte Sophonisbae auditis senatores Carthaginis a Scipione indutias<sup>8</sup> petunt et Hannibalem orant obsecrantque, ut statim in Africam rediret. Hannibali nuntiatur fratrem Hasdrubalem ad Metaurum fluvium a Romanis victum et necatum esse, quare quamquam non libenter, tamen ut patriae succurrat, relinquit Italiam, sedem tot tantarumque victoriarum.



Stephanus Szablik e Scholis Piis primus in Hungaria follem aërostaticum sursum mittit (a. 1763).

A. 202-o duo magni imperatores exercitibus comitantibus conveniunt, ut de pace agant. Hannibal praeter Africam omnes provincias offert Scipioni, sed is etiam tributum poscit, res igitur ad arma redit.

Elephanti non nocent Romanis, Scipio enim transitum dari eis iubet et deinde eos a tergo adoriuntur Romani. Utrumque summa vi pugnatur, dum equitatus Masinissae finem pugnae facit. Poeni et Hannibal ad Zamas victi effecerunt, ut cultus<sup>9</sup> humanus<sup>9</sup> Graecorum Romanorumque conservaretur Europae usque ad nostra tempora. Et auctor et doctor<sup>10</sup> scenicus<sup>10</sup> pelliculae, C. Gallone, ad studium<sup>11</sup> vitae antiquae accurate se contulerunt.<sup>11</sup> Orationes ab Hannibale et Scipione habitae artem Livii redolent.<sup>12</sup> Fascia,<sup>13</sup> qua alter oculorum Hannibalis tegitur, demonstrat eum oculo captum esse. Equites stapiis<sup>14</sup> non utuntur. Homines coloratos, qui partes<sup>15</sup> Carthaginiensium agebant,<sup>15</sup> Mussolinius Dux ipse ex incolis Lybiae elegit (vide imaginem). Ne pugnis diuturnis spectatores graventur,<sup>16</sup> praeter amorem Masinissae Sophonisbaeque altera digressio<sup>17</sup> quoque Deliae Arruntisque sese amantium varietatem pelliculae auget, quam spectandam omnibus perimpense<sup>18</sup> commendare possumus.

Egon Rosner disc. IPEA Bp.

<sup>6</sup> vetélytárs = Nebenbuhler = rival <sup>7</sup> elpártol = abtrünnig werden = abandonner la partie de <sup>8</sup> fegy-

verszűnet = Waffenstillstand = armistice <sup>9</sup> vulgo: cultura <sup>10</sup> rendező = Arrangeur, Leiter = metteur en scène <sup>11</sup> tanulmányoz = studieren = étudier <sup>12</sup> érezteti = merken lassen = rappeler <sup>13</sup> kötés = Binde = bande <sup>14</sup> kengyel = Steigbügel = étrier <sup>15</sup> szerepet játszik = Rolle spielen = jouer le rôle <sup>16</sup> belefárad = ermüden = se lasser <sup>17</sup> epizód = Episode = épisode <sup>18</sup> legmelegebben = angelegentlichst = le plus chaleureusement

## Expositio historica Ordinis Scholarum Piarum.

Scriptis: *Tiburtius Szelecsényi* disc. Schol. Piar. Buda-pestinensis.

Die festo Sancti Iosephi Calasantii Confoederatio Discipulorum magnā sollemnitate expositio-  
natio Scholarum Piarum inauguravit.<sup>1</sup> In exedra<sup>2</sup>  
Gymnasii inter picturas, tabulas,<sup>3</sup> sententias excel-  
lentium discipulorum, inter imagines in aes incisas<sup>4</sup>  
imaginesque luce expressas (vulgo: photographias)  
aliquantum<sup>5</sup> temporis acti<sup>5</sup> Hungarici reviviscit. Ma-  
teria in hac exedra congesta historiam Scholarum  
Piarum breviter<sup>6</sup> expressam vitamque ingenii Cal-  
asantiani affulgentem producit.<sup>6</sup> Omnia enim,  
quae in historia Calasantiana inveniri possunt,  
omnibus, quibus cordi est, ad inspiciendum hoc  
loco exposita sunt.


Maximā devotione contemplantur reliquias pre-  
tiosissimas Sancti Patris Iosephi Calasantii, alio  
loco epistulas eius ad consodales missas, quae mira  
cum integritate remanserant. In pluteis<sup>7</sup> armario-  
rum<sup>8</sup> vitreorum<sup>8</sup> magnā pietate ac reverentiā inspi-  
cimus et legimus litteras manu scriptas maiorum  
nostrorum excellentium, qui Scholas Pias frequen-  
tabant. Ecce hic sunt litterae poetae illustrissimi  
Hungarici, Stephani Gyöngyössi, item manuscripta  
Francisci Rákóczi, ducis certaminis pro libertate  
recuperanda suscepti et Andreae Dugonics illus-  
trissimi scriptoris litterarum Hungaricarum. In  
aliis armariis incunabula<sup>9</sup> atque codices, omnia  
documenta facundissima ingenii Scholarum  
Piarum laboriosissimi. In magna exedra ambulans  
facere non possum, quin gressum comprimam ante  
imagines parieti confixas clarissimorum discipulo-  
rum Scholarum Piarum temporis acti; quorum  
magno numero eximo Andream Dugonics, Michae-  
lem Vörösmarthy, Stephanum Széchenyi, Iulium  
Andrássy, Emericum Madách, Ludovicum Kossuth.  
Inter sententias magnorum discipulorum lego verba  
Ludovici Kossuth, gubernatoris Hungariae: «Maxi-  
mam habeo reverentiam et gratiam magistris Schol-  
arum piarum, qui semina amoris patriae indebili-  
ter cordi meo inseverant». Inter ornamenta eccle-  
siastica inveneris calices aureas argenteasque pre-  
tiosissimas.

Duo pulpita ampla libris auctorum Ordinis  
Scholarum Piarum sunt reperta. Delectatio<sup>10</sup> huius

<sup>1</sup> megnyit = eröffnen = ouvrir <sup>2</sup> díszterem = Fest-  
saal = salle des fêtes <sup>3</sup> táblázat = Tabelle = tableau  
<sup>4</sup> rézmetszet = Kupferstich = eau-forte <sup>5</sup> egy jó darab  
mult = ein beträchtliches Stück Vergangenheit = une  
bonne partie du passé <sup>6</sup> dióhéjban bemutatja = veran-  
schaulicht kurzgefaßt = présenter en résumé <sup>7</sup> polc =  
Bücherbrett = rayon <sup>8</sup> üvegszekrény = Glaskasten =  
vitrine <sup>9</sup> ösnyomatvány = Wiegendruck = incunable  
<sup>10</sup> érdekeség = das Interessante = curiosité

expositionis singularis est horologium<sup>11</sup> istud cantans,<sup>11</sup> opus cuiusdam Piaristae suã manu compositum. Sed quis enumerare posset monumenta ista immensa, quorum dispositio elegans maximis laudibus effert artificia<sup>12</sup> Arpadi Jencs, delecti<sup>13</sup> expositioni instituendae.<sup>13</sup>

<sup>11</sup> zenélórá = Spieluhr = pendule à musique <sup>12</sup> szakavatottság = Kunstfertigkeit = habilité <sup>13</sup> rendezésével megbízott = beauftragter Veranstalter = organisateur délégué



### RES FEMINEAE.

Quot chilometrorum hera<sup>1</sup> impigra emetiatur?<sup>2</sup> Distributor<sup>3</sup> epistolarum<sup>3</sup> quidam Britannicus nuper emeritis<sup>4</sup> stipendiis<sup>4</sup> munus<sup>5</sup> destituens<sup>5</sup> se tempore muneris 45 annorum 450.000 chilometrorum emensum esse declaravit. Hera impigra eandem viam in industria<sup>6</sup> domestica quotidiana conficit,<sup>2</sup> sicut experimentum docet. Gradumetrum<sup>7</sup> gradus herae cuiusdam numerans eam domi laborantem uno die 23 chilometra conficere demonstravit. Interea confecit nullas vias extraordinarias, neque domum suam reliquit. Per 45 annos conficiuntur ab illa prope 360.000 chilometrorum; posset igitur fere decies orbem terrarum circumire. (Homines rerum periti dicant, utrum hi numeri miri convenient,<sup>8</sup> an non.)

<sup>1</sup> háziasszony = Hausfrau = ménagère <sup>2</sup> megtesz = zurücklegen = faire <sup>3</sup> levélhordó = Briefträger = facteur <sup>4</sup> szolgálati ideje letelt = bis zu Ende dienen = arrivé au bout de son temps de service <sup>5</sup> hivatalától búcsút vesz = sein Amt aufgeben = quitter sa charge <sup>6</sup> tevékenység = Tätigkeit = activité <sup>7</sup> lépésmérő = Schrittzähler = podomètre <sup>8</sup> megfelel = zutreffen = correspondre

Feminae praevvalidae<sup>1</sup> detrectationi<sup>2</sup> operandi<sup>2</sup> virorum finem faciunt. Conventus quidam operariorum<sup>3</sup> in oppido Bialystok in Polonia decrevit detrectationem operandi inire. Inopinate 500 feminarum, conjuges filiaeque operariorum in conventum irruerunt. Umbellis<sup>4</sup> harpaginibusque<sup>5</sup> armatae viros impetu conferritos adortae sunt. Detrectatio operandi quamquam decreta, tamen statim ommissa est et operarii laborem extemplo continuaverunt.


Magdalena Jóború Bp.

<sup>1</sup> markos = handfest = robuste <sup>2</sup> sztrájk = Streik = grève <sup>3</sup> munkás = Arbeiter = ouvrier <sup>4</sup> esernyő = Regenschirm = parapluie <sup>5</sup> pizskavas = Feuerhaken = tisonnier

### Descriptio Cracoviae.

Antiquis temporibus, cum Poloni pagani<sup>1</sup> essent, in arce Wavel rex, qui *Cracus* vocabatur, regnabat. Regnabat plurimos annos, et natio eius magna et felix fuit. Sed aliquando in urbem draco<sup>2</sup> magnus venit et ab hominibus multa dona poposcit. Cracus draconem interfecit. Populus in eius meriti memoriam huic urbi Cracoviae nomen dedit. Craco mortuo, *Wanda* eius filia bona et pulchra virgo regnabat. Propterea, quod Germanorum regis uxor esse noluit, ille Poloniam cum exercitu invasit. Wanda, ut populum liberaret, in Vistulam se coniecit.

Urbs nostra a *Craco Cracovia* appellata per multa saecula sedes regum Poloniae fuit. Nostris etiam temporibus Cracovia urbs, quod in ipsa quam plurima monumenta civilia asservantur, caput




Porta S. Floriani (pag. 44) et aedes cathedralis S. Mariae Virginis.

Poloniae animorum nostrorum vocatur. Cracovia ad modum urbium occidentalis Europae aedificata est. In media civitate, *Boleslao Pudico* regnante forum in forma quadrata constructum est, e cuius quattuor angulis quattuor viae in diversas partes conducunt. In medio foro aedificium vulgo «Sukiennice» appellatum — stilo renascenti constructum — invenitur, in quo mercatores varia mercimonia<sup>3</sup> vendunt. Ex parte fori dextra magnificentum templum Sanctissimae Virginis Mariae, stilo gothico constructum, ex parte vero sinistra curia<sup>4</sup> municipalis,<sup>4</sup> quod est ornamento urbi, admirationem movere potest. Via Grodzka nos ad collem Wavel ducit, ubi castellum regium cum ecclesia cathedrali invenitur. In aream castelli per magnam portam intramus. Ipsa area pulcherrimis arcibus<sup>5</sup> ornata formam quadratam habet. Castellum s. XIII aedificatum est et a Sigismundo I rege Poloniae legibus artis renascenti, quasi ex integro restauratum est (1506—1548.). Ecclesia vero cathedralis Ladislao Lokietek regnante aedificata est (1305—1333.). In ea sepulcra regum Polo-

<sup>1</sup> pogány = Heide = païen <sup>2</sup> sárkány = Drache = dragon <sup>3</sup> kereskedelmi áru = Handelsware = marchandise <sup>4</sup> városháza = Rathaus = hôtel de ville <sup>5</sup> boltív = Arakde, Bogengang = arcade

norum inveniuntur. Ibi etiam, tribus ante annis corpus *Josephi Pilsudski* positum est. Cracovia etiam centrum litterarum et artium est. In ea Universitas a Casimiro Magno rege fundata.<sup>6</sup> (1333—1370.) Ad quam frequentandam iam ab saeculo XV iuventus ex omnibus fere Europae terris ad studia colenda conveniebat, nec<sup>7</sup> non<sup>7</sup> hungarica, quae in suo proprio conventu habitabat. In cuius rei memoriam tabula adhuc viae Sanctae Annae exstat. Item multa musea, quae visitando praeterita facta nostrae patriae in maemoriā revocare possumus, exstant. Cracovia antiqui moenibus circumdata est, ex quibus tantum quaedam fragmenta, exempli gratia porta S. Flo-



Area palatii Wawel (pag. 43).

riani, exstant. Hodie tota urbs loco moenium hortis circumdatur. Cracovia continuo ita augetur et extenditur, ut praeter partes antiquas, aliae novae hodie adiungantur. Plusquam 200 milia habitantium continet.

Quattuor tumuli hominum manibus facti prope urbem vigilant. Qui clarissimis hominibus dedicati sunt: Primus *Craco*, urbis conditori, secundus *Wandae* eius filiae, reginae Poloniae, tertius *Tadeo Kosciuszko* viro bono atque patriae amanti, pro qua cum hostibus pugnaverit, quartus *Josepho Pilsudski*, patriae nostrae liberatori, facti sunt.

*Maria Król* disc. Cracoviensis.

<sup>6</sup> imaginem vide pag. 22., num. 2 (Oct.) <sup>7</sup> similiter



## Lectores ad lectores.

Cum professore (aut cive academico vel alio fautore philologiae et litterarum) sive Britannico seu Francogallico seu Batavo commercium epistolare habere optat *Julius Schwarz, Vámosgyörk in Hungaria*.



**Nationum Societas** auctoritatem amissam nondum recuperavit, quo fit, ut res Europae maximi momenti<sup>1</sup> procul et sine hoc collegio geruntur. Nunc quattuor nationes Europae potentissimae in dies magis magisque vinculis amicitiae coniunguntur. Britannia et Germania iam in urbe Monaco promiserunt nunquam fore, ut altera contra alteram arma capere vellet. Forsitan idem declarabitur inter Gallos Germanosque.

**Ex Hispania** in Italiam 10 milia voluntariorum militum redierunt, quorum exemplum etiam voluntarii pro Barcelona pugnantes sequuntur. Quae cum ita sint, forsitan Hispani celerius belli civilis finem facient.

**In Palaestina** nuper milites Britanniae obsederunt partem antiquam urbis Hierosolymorum (vulgo: Ierusalem), ut Arabes seditiosos caperent. Etiam consilium Palaestinae in tres partes dividendae, ne Arabes exacerbarentur,<sup>2</sup> depositum est.<sup>3</sup>

**Japonenses** novissime maximas urbes Sinae, Canton et Hancou, citato agmine aggressi statim ceperunt et pronuntiaverunt se non pacem cum Sinensibus facere velle, priusquam Tsang Kai Sek praeses Sinae magistratu se abdicaret.

**Brody, primus ministrorum Russinorum**, cum populi<sup>4</sup> scitum<sup>4</sup> urgeret, a Bohemis proditionis accusatus et in vincula coniectus est, bona autem eius publicata sunt. Russinorum in oppidis Ungvár et Munkács catervatim circumventum magnae voce poscentium, ut Brody e custodia emitteretur, milites Bohemici — sicut ephemerides Varsovienses nuntiant — grandine<sup>5</sup> glandium<sup>5</sup> multos interfecerunt aut vulneraverunt.

**Georgius VI. rex Britanniae**, qui Canadam aditurus est, a Rosevelt praeside Civitatum Foederatarum Americae invitatus est, ut hospitio praesidis in urbe Washington uteretur. Allocutio in epistola non «*Vestra Maiestas*» fuit, sed praeses popularis rei publicae (vulgo: democratiae) sic allocutus est regem: «*Care amice!*» Rex invitationi satisfactus esse nuntiatur.

**Tabula mortuorum.** Frater praesidis Hispaniae, *Franco*, ab insula Baleari, Maiorca, in Hispaniam volans decidit in mare et mortuus est. — Catholici boni Francogalliae lugent obitum<sup>6</sup> poetae *Francis Jammes* 70 annos nati. — *Bela Danczer*, unus ex conditoribus «*Juventutis*», de qua propagandā ut primus administrator optime meruerat, Calendis Novembribus, 64 annos natus mortem obiit. Requiescat in pace!

**Polonia** die 11 m. Novembris celebrat anniversarium XX libertatis integritatisque recuperatae.

<sup>1</sup> jelentőség = Bedeutung = importance. <sup>2</sup> elkeserít = erbittern = exaspérer <sup>3</sup> elejt = aufgeben = renoncer à <sup>4</sup> népszavazás = Volksabstimmung = plébiscite <sup>5</sup> sortúz = Salve = décharge <sup>6</sup> elhúnyta = Hinscheiden = décès



Pittacia res visendas Poloniae monstrantia : 5 gr. (violacea) Tumulus arenae et Monasterium Czestochowense. — 10 gr. (viridia) : Statio ferriviae in portu Gydniensi et «Oculus maris» (lacus in montibus Tatra). — 15 gr. (cervinum) : Universitas Leopolitana (Lwów) et (caeruleum) : Navis Pilsudsky. — 20 gr. (fulvum) : Aedificium principatus Catto-wicensis. — 25 gr. (caeruleum) : Palatium Josephi Pilsudsky «Belvedere» Varsoviae (hic mareschallus, conditor Poloniae novae, mortuus est). — 30 gr. (rubrum) : Arx «Mirai». — 45 gr. (ianthinum) : Arx «Podhorcach». — 50 gr. (cineraceum) : Tabernae textilium Cracoviae. — 10 gr. viride. — 25 gr. (cineraceum) : Jos. Pilsudsky. — 15 gr. (caesium) : Ignatius Moscicki, praeses Poloniae. — Haec pittacia a Barbara Sypniewska, Hadriano Divéky, P. Blasio Blajer, Julio Krzyza-nowski, Michaele Sandler ad moderatorem missa sunt.

Summum<sup>7</sup> fastigium<sup>7</sup> sollemnium erit pompa<sup>8</sup> militaris ingens in urbe Varsovia coram *Moscicky* praeside et *Ridz-Smigly* mareschallo. Cum etiam Poloni Cescoslovaciae in patriam recepti sint, Poloni non nisi duo desideria habent : confinium commune cum Hungaria in montibus Russinis habere et provinciam quandam in Africa vel Asia accipere optant. Quod bonum felix faustum fortunatumque sit!

In urbe Massilia<sup>10</sup> incendium in pantopolio<sup>11</sup>


ingenti 4 tabulationum<sup>12</sup> ortum est et non solum aedificium, sed etiam alias domos circum devastavit. Cum instrumenta<sup>13</sup> incendiis<sup>13</sup> compescendis<sup>13</sup> urbis diu neglecta essent, magistratus, quom ea culpa est, severe puniuntur.

<sup>7</sup> csúcspon = Höhepunkt = comble <sup>8</sup> díszszemle = Parade = revue <sup>9</sup> határ = Grenze = frontière <sup>10</sup> Marseille <sup>11</sup> nagy áruház = (großes) Warenhaus = magasin <sup>12</sup> emeletes = stöckig = à... étages <sup>13</sup> tűzoltószerszámok = Löschwerkzeug = ustensiles pour les incendies.


### Hymni nationales. III. Hymnus Polonorum.

Moderate.

Auctore *Aloysio Felinski* (1815).



De-us, Po-lo-nos saec-lis e-vo-lu-tis Ro-bo-ris nim-bo collustrans et laudis,  
Pro-te-gens e-os cli-pe-o sa-lu-tis Ab omni strage, omni damno fraudis:



\*En coram a-ra strati supplicamus, Pat-ri-am fo-ve liberam, oramus, li-beram, o-ra-mus.

\*Ante libertatem recuperatam haec pars sic cantabatur: En supplicamus coram ara strati: Patriam redde nosque libertati!

**LECTORIBUS MAIORIBUS.**

**Ad S. Emericum.**

(die V m. Novembris)

1. *Protoregis<sup>1</sup> progeniem<sup>2</sup> beatum  
Laudet hymnus nunc Emericum amantem  
Caelites<sup>3</sup> Agni<sup>4</sup>que grægem solutum  
Sordibus orbis.<sup>4</sup>*
2. *Quaesumus te, candide dux,<sup>5</sup> Mariae  
Virginis cultor, qui imitatus illam  
Lilio fulges etiam maritus  
Jesu ob amorem:*
3. *O roga caelo iuvenes studentes  
Agmen in Christi numerari<sup>6</sup> et huius  
Principem victos<sup>7</sup> adulantis aevi,  
Caeli avidosque.*
4. *Inter ut mox caelicolas honorent  
Usque trinam laude ter Unitatem,  
Canticum cantent novitate mirum  
Agminis Agni.*

Lud. Meskó e Schol. Piis. Bp.

<sup>1</sup> primi regis <sup>2</sup> filium <sup>3</sup> coelestes <sup>4</sup> orbis terrarum <sup>5</sup> filius regis <sup>6</sup> ut numerentur <sup>7</sup> recte: vincentes = qui vicerunt

**Librorum recensio.**

**Dr. Mezó Ferenc.** A XI. Olimpiász. Budapest, 1937. A szerző kiadása. — Quamquam Ludi Olympici a. 1936 Berolini undecies celebrati, quorum nos Hungari magna pars fuimus multiplicesque victorias reportavimus, iam duo fere anni sunt, ut praeterierint, tamen Francisci Mezó, qui his ludis victor Olympicus Amstelodamensis summis honoribus exceptus intererat, libellum eximia repraesentandi vi et arte scriptum legentes pompam et magnificentiam ludorum olympicorum Berolini editorum quasi eis inspectantibus agantur, videre videntur. Libello, quem gymnica exercitibus et amantibus magno usui et summae delectationi fore nobis persuasum est, adiecti sunt indices, quibus certaminum omnium eventus conspicui exhibentur.


**Baják Mihály S. J.** Szemelvények az újszövetségi görög Szentírásból. Florilegium Patristicum. Fasciculus V. Budapest. A Kat. Középkolai Tanáregyesület kiadása. 1937. Ára 20 f. — In Florilegio Patristico etiam Graecis scriptoribus ecclesiasticis locum, quantulus is cunq̄ue sit, assignatum esse optimis omnibus oportet prosequamur. Novum autem Testamentum in serie scriptorum Graecorum ecclesiasticorum agmen duxisse minime mirum est, cum Graecae linguae studiosae iuventuti sic quoque ad veram viam, veritatem et vitam propius accedere liceat, atque cum imprimis evangeliorum argumenta in mentibus discipulorum infixata haereant oratioque eorum sit simplex et minime implicata, mirum quantum ad linguam Graecam ediscendam faciat Novi Testamenti lectio. Editor ex Novi Testamenti omnibus libris partes XX aptissimas, utilissimas et lectu iucundissimas elegit, verborum et locutionum significationes, quae lectu impeditiores videbantur, infra textum posuit atque aliquot locis non omisit discre-

pantiam, quae inter Atticum et vulgarem sermonem intercedit indicare. Mea quidem sententia, quandoquidem voluminis circuitus exilis est, praestitit adumbratam saltem τῆς Κολυμβῆς imaginem depingere.

Utinam huic libello ex floribus Basilii, Gregorii, Nanziani, Johannis Chrysostomi nexa sarta complectens adiungatur secundus.

**Liber Latinus.** Lateinisches Lese- und Übungsbuch für die dritte und vierte Klasse der Gymnasien und Realgymnasien und für die vierte und fünfte Klasse der Oberlyzeen von Dr. Emil Gaar und Mauritz Schuster. Wien und Leipzig. 1938. Österreichischer Landesverlag. Preis RM 2.70. — Aemilius Gaar et Mauritius Schuster doctores tertiam usui II. et IV. classium destinatam partem Libri Latini, cuius secundam partem superiore anno in hac ephemeride (pag. 93) lectoribus notam feceram atque uberius et fusius recognoveram, hoc anno ediderunt. Qui cum eadem, qua priores, via atque ratione compositus esset liber, ne in eodem gyro converti cogere, eius accuratiore recognitione et subtiliore censura supersedendum duxi. Quare, si qui hunc librum diligentius cognoscere volent, eos ad recognitionem superiore anno in hac ephemeride prolatam delegeo et viam atque rationem compositionis omnibus numeris excellentem librum in usum linguae Latinae in schola docendae conscripturis usque commendare non desinam.

Carolus Aes Bp.



Censor aenigmatum: Otto Schmied Vindobonensis.

**Solutiones aenigmatum numeri I.**

1. quaeso, bellum, feriae, fortis, ferrum, queror, schola: Q. B. F. F. F. Q. S.
2. S, ite, a rege, scepra, Stephanus, Pilatus, vinum, lux, S: Stephanus.
3. clam, lupa, aper, mare.
4. os, bos.


**Aenigmata recte dissolverunt:** I. In Hungaria: Stephanus Székely (*Rákócziánium*), Paulus Tolnay (*Scholae Piae*), Ladislaus Borza, S. Fenyves, Rudolphus Geiger, Sigismundus Heindl, I. Holló, Stephanus Kovács, Tiburtius Mészáros, Franciscus Molnár, Georgius et Alexander Pál, Julius Papp, Michael Szabó, R. Wimmer (*Bolyayanum*), Ladislaus Grosz, Ladislaus Keleti, Georgius Lénárd, Alexander Nikolits, Petrus Resofszi, Egon Rosner, Ladislaus Szabó, Ludovicus Szöllösy (gymn. *IPE A*), Hermina Alemann, Catharina Barthonek, Rita Békés, Eva Biela, Thea Bihary, Margaretha Böröndy, Martha Csapody, Viola Czappán, Alicia Denk, Margaretha Grabits, Susanna Inotay, Eva Jobs, Editha Karlovits, Editha Kmety, Agnes Kovács, Catharina Lehel, Ida Lendvay, Ildico Markos, Eva et Veronica Mészáros, Éva Ottlik, Veronica Rajka, Gabriella Susits, Fabiola Tarkóy, Olga Thunner, Editha Uhlwurm, Josepha Véber, Marianna Vigh, Eva Vojnich (IV. classis *Sophiani*), Juditha Angeli, Fedora Dietl, Helena Dura, Hedviga Gyimesy, Eszther Horváth, Maria Huber, Martha Károlyi, Helena Koltai, Margaretha Lukáts, Erica Palkovics, Editha Rothmeyer, Martha Stein,

Aglaea Szmézó, Eva Szendrey, Valeria Vendl (VII. classis *Sophiani*) *Budapestinenses*. Joannes Kondorosi, Coloman. Mester, Josephus Szöröcsök *Csurgonenses*. Stephanus Frikker, Henricus Schäfer *Dombovárienses*. Tiburtius Balázs, Franciscus Csonka, Fratres Kovacsics, Ladislaus Szalay *Gyöngyösienses*. Tiburtius Stinner *Jaurinensis*. Joannes Kápolnai *Mezőkövesdiensis*. Eva Bodnár, Theresia Faragó, Prisca Czuppon, Maria Kovács (*Tóthianum*) *Miskolcienses*. Franciscus Pichler *Pestszenterzsébetiensis*. Maria Kónya *Sabariensis*. Ladislaus Javorik *Tatanus*. — In Batavia:

Wouterus Kroon (*Driekuis-Velsen*). H. Frederiks, Hermannus Meyer, H. Mulder, Joannes Rückers, Petrus Vette, Carolus de Wiel (*Kaatsheuvel*). In Germania: H. Spira *Vindobonensis*.

**Praemium sorte Tiburtio Balázs, Marthae Csapody, Ladislaos Grosz, Ladislaos Javorik, Ioanni Kápolnai, Marthae Károlyi, Colomanno Mester, H. Muldero, Michaeli Szabó, Heriberto Spira obvenit.**

### I. Crucigramma.



#### ad libram:

1. Quis Romam urbem condidit?
7. Pro «solet» iam scripsisti id.
8. Si sic est tibi, «non» est «male».
10. Pro «inquit» reperis et tale.
11. In sepulchrali titulo.
12. Pro «avis» hoc invenio.
14. Est mater generis humani.
16. Venati erant hos Germani.
18. Est genitivus machinae,  
Qua gramen solent metere.
20. Est alterius talis res.
21. Quod telum indice invenies.
22. Sic dicere te iubeo.
23. Quod nomen deo est domestico.
25. Est «illum» nomen simile.
27. Hoc invenis pro litore.
29. Divinum ius sic nominatur.
31. Hic titulus a te vertatur!  
Tum valet: «Jesus hominum salvator».
32. Acclamat tibi salutator.
34. Museum «tecto» est nudatum.
36. Quod verbum spectat ad optatum.
38. Sunt duae litterae vocalis.
39. Coniunctio condicionalis.
40. Sunt tegumenta capitis.
41. Accusativus nominis  
Spectantis ad rapacem bestiam.
43. Quis nescit istam feminam  
Orbatam bis septenis liberis,  
Quod male dixit superis?
44. Est «pluvia» vox similis.

46. Abire sic iubemini.
50. Quam urbem diligunt Italici?
53. Pronomen est, quod pertinet ad te.
54. Audire Caesarem me puto  
Oppressum subito a Bruto.
55. Quém hoc aenigma volo solvere?
56. Est forma quaedam copulae.
57. Pro «illa» potes dicere.

#### ad perpendicularum:

1. Quis mater erat Romulo?
2. Cui lana debeatur, certe scis.
3. Est «lene» vox persimilis.
4. Consecutiva est coniunctio.
5. Locale est adverbium.
6. Quid mortui est domicilium?
7. Dux clarus erat Optimatum.
9. Est forma quaedam copulae.
12. Vocales duae geminae.
13. Pilati dictum nobile.
15. Sub quarto vide numero!
- 17b. Postpositum sequenti numero  
Est nobilis abbreviatio.
- 17a. Est nota praepositio.
19. Praefixum Graecum nobile.
20. Pro «inquam» potes dicere.
24. Pro «aggredi» hoc verbum usurpatur.
25. Poeta ille magni aestimatur.
28. Quae asini est femina.
29. Quod idem valet ac «saevitia».
30. Pro «diligam» hoc scribimus.
32. Romanus nummus minimus.

33. Pro «ecce» hoc invenio.
35. Inversa est eundi adhortatio.
36. Sed hoc est praepositio.
37. Sunt subsequentes litterae.
41. Pro «illam» potes dicere.
44. Eundi adhortatio.
45. Est parvus fur in horreo.
46. Ad quartum casum praepositio.
47. Quae muta est cum liquida.
48. Haec consonans est gemina.
49. Bis eadem vocalis littera.
51. Est cum pronomine coniunctio.
52. Si talis res est, eam habeo.

E consilio *Aureliae Csathó*,  
disc. VIII. class. gymn. Nagykőrösiensis.

Nota: Lectoribus minimis : 2, 3 ; mediis 4, maioribus 1.

2. In taberna.  
(Cogitando.)

Mater quaedam filium in tabernam mittit his verbis :  
«Mi fili, viginti denarios tibi do, ut mihi viginti ova emas». Quomodo id fieri potest, si ovum anseris<sup>1</sup> tribus, ovum anatis<sup>2</sup> duobus denariis constat, gallinae autem ova pro uno denario duo dantur?

*Iosephus Fejes*, disc. gymn. Kaposváriensis.

<sup>1</sup> lúd = Gans = oie    <sup>2</sup> kacsá = Ente = canard

3. Quadratum magicum.

					A E E E
					E G G O
					O R R S
					S S S U

1. Est «fero» verbum simile.
2. Si pauper es, non nulla . . . . re.
3. Ad iudicem vocatur is.
4. Humani partes corporis.

*Gütlelmus Fieber dr.* Vindobonensis.

4. Sententiae.  
(Supplendo.)

- . . . . ., summa iniuria.
- . . . . ., ita salutaberis.
- . . . . ., qui cito dat.
- . . . . triarios rediit.
- . . . . facit furem.
- . . . . ., para bellum !
- . . . . ., vita brevis.

Supplete has  
Sententias !  
Acrostichum :  
Proverbium.

*Georgius Lénárd*,  
disc. VI. cl. gymn. IPEA Budapestinensis.

Terminus solutionum ad moderatorem (I. Wagner,  
Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20) mittendarum  
Calendae Ianuariae.

Solutiones aenigmatum singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistolae ad moderatorem mitti possunt. Quem sibi quisque ex his libris praemio solutionum dandis elegit, scribat ad moderatorem :

*J. Wagner*: 1. Carmina Horatii selecta ad modos aptata (34 melodiae). — 2. Dictionarium rerum moderatarum Hungarico-Latinum.

*O. Schmied*: 1. Fröhliches Latein (aenigmata). — 2. In veste Latina (carmina Germanorum). — 3. Cantemus Latine (carmina Germanorum).

*Gallus* ad fabulam *W. A. Beckerii* ad privatam Romanorum vitam cognoscendam concinnavit *Aem. Láng*.


*Foederatio Stephanea*: Eucharistia et Sancti Hungarorum (editio illustrata).

*Florilegium Patristicum. I. Fray, C. Ács*: S. Augustinus, S. Ambrosius, S. Hieronymus.

*A 10 éves magyar rádió* (1925—1935).

Unus ex annis veteribus «Iuventutis».

Kamal Atatürk Dux Turciae 57 annos  
natus mortuus est.



Corrigenda numeri II (Oct.) : pag. 18 : pro «Medicus bonus» lege : Mendicus bonus. — pag. 19 : pro «speculatorum» lege : spectatorum.

*Jos. Tóth*. Manuscripta magistrorum, quorum discipuli «Iuventutem» legunt, semper imprimis edimus. Recte dicis narratiunculas breves facilesque intellectu (vulgo : anecdotae) maxime discipulis minoribus placere, quas si miseris, libenter publicabo. Vale ! — *Anonymus*. Nomen tuum parum clare subscriptum legere non potui, ergo neque copiose respondere, neque «Iuventutem» ad Te mittere possum. Ceterum in «Nuntiis recentissimis» nil editur, nisi quae aut per acta diurna nostra aut radiophonice nuntiantur. — *Franciscus Pichler*. Epistolam tuam vix accepi, nam «Ifjúsági Szerkesztőség» pro «Iuventus» inscripsisti. Peropportune accidit, quod tabellarius me domi invenit epistolamque tuam monstrare potuit. — *A. Csathó*. In futuro noli tam longum aenigma componere, quod etiam lectoribus maioribus difficile est. — *Ath. Wager*. Valde gaudeo, quod discipuli tui carmina popularia latine reddita libenter cantant. Quorum aliquot in mensa scriptoria exspectant, dum publicentur. Quid novi apud vos? Saluta meis verbis Iulianum Ágoston! Vale! — *I. Kápolnai*. Si quis unum tantum aenigma solvit, iam sorte favente praemium accipere potest. — *A. Czuppon*. Cur Miskolcienses tacent? — *J. Gulyás*. Quomodo valetis? Proxime materiam discipulis tuis latine reddendam missurus sum. — *H. Mulder, Elisabeth Nagy, G. Neuhaus, L. Keleti, Al. Kövári, Z. Tóth, C. Ács, G. Lénárd, Th. R.* Manuscripta vestra tempore prodibunt.

Sumptibus Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum. — A Katolikus Középiskolai Tanáregyesület költségen.

(Praeses : DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)

Budapestini, ex officina consortii Stephanei. — Negotiorum curator : Fr. Kohl. jun.